Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



161

I G L

sunt illati coram eo: in fuy. et sompni
recessit a eo. Tunc rex primo diluculo
exurgens festinus ad lacum leonis
perrexit. Appropinquansque lacui. danielem
vere lacrimabili in clamauit. et affatus
est eum. Daniel serue dei viuentis.
deus tuus cui tu seruis semper. putasne
valuit te liberare a leonibus? Tunc da
niel regi respondens ait. Rex in eternum
viue. Deus meus misit angelum
suum. et obstruxit ora leonum. et non no
cuerunt michi. quia coram eo iusti
cia inuenta est in me. sed coram te rex
delictum non feci. Tunc rex valde le
tus gauisus est super eum. et danielem
precepit educi de lacu. Eductusque de da
niel de lacu. et nulla lesio inuenta est
in eo. quia credidit deo suo. Iubente
autem rege adducti sunt uiri illi qui
accusauerant danielem. et in lacum le
onum missi sunt ipsi. et filii. et uxores
eorum. et non peruenerunt ipsos ad pa
uimentum lacus. donec arripuerunt eos le
ones. et omnia ossa eorum comminuerunt.
Tunc darius rex scripsit uniuersis
populis. tribubus. et linguis habitantibus
in universa terra. pax uobis multiplicetur.
A me constitutum est decretum. ut
in universo regno meo timeant et
metuant. et paueant deum danielis.
Ipse est enim deus viuens. et eternus in
secula. et regnum eius non dissipabitur.
et potestas eius usque in finem. Ipse
liberator. et saluator. faciens signa et
mirabilia in celo. et in terra. qui liberauit
danielem de lacu leonum. Porro dani
el prosperatus est usque ad regnum darii.
et regnum cyri persarum. Capitulum. vii.

Anno primo balthasar re
gis babylonis. daniel somnium
uidit. Visio autem
capitis eius in cubili suo. et somnium
scribens breuem sermonem. conscripsit. summa
tenus perstringens. aiens. Videbam in
uisione mea nocte. et ecce quatuor uen
ti celi pugnabant in mari magno.
et quatuor bestie grandes ascendebant
de mari diuerse inter se. Prima quasi le
na. et alas habebat quasi aquile. Aspice
bam donec euulse sunt ale eius. et
sublata est de terra. et super pedes quasi ho
minis stetit. et cor eius datum est ei. Et ecce
bestia alia similis ursso. in pede stetit.
et tres ordines erant in ore eius. et
dentibus eius. et sic dicebant ei. Surge
comede carnes plurimas. Post hec
aspiciebam. et ecce alia quasi pard. et a
las habebat quasi aquile. anus quatuor
super se. et quatuor capita erant in bestia. et
potestas data est ei. Post hec aspici
ebam in uisione noctis. et ecce bestia
quarta terribilis atque mirabilis. et forti
ssima. dentes ferreos habebat magnos. comedens atque comminuens. et
reliqua pedibus conculcans. Dissimi
lis autem erat cetis bestiis. quas uidam
ante eam. et habebat cornua. x. Consi
derabam cornua. et ecce cornu aliud
paruulum. ortum est de medio eorum.
et tria de cornibus primis euulsa sunt
a facie eius. Et ecce oculi quasi oculi ho
minis erant in cornu isto. et os lo
quens magnia. Aspiciebam donec
thronus positus sunt. et antiquus dierum
sedit. Vestimentum eius quasi nix
candidum. et capilli capitis eius quasi
lana munda. Thronus eius flame
ignis. rote eius ignis accensus. Flu
uius igneus rapidus egredebatur a fa
cie eius. Milia milium ministra
bant ei. et decies milies centena mi
lia assistebant ei. Iudicium sedit.
et libri aperti sunt. Aspiciebam ap
tucem sermonum grandium quos